

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

4. Inedia hypocritica.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45701**

non abhorrebat animus. Post Pascha etiam potum fastidire coepit, adeò, ut post Pentecostes festa, extuofissimo licet anni tempore, ne biberit quidem, aut vrinam miserit. Ferdinandus Röm. rex, ne quid fraudis subesset, per Medicos suos, rem explorari curauit. Sed non est ad affirmandum satis, quod satis est ad nondamnamandum. Aliud enim est dicere, fraudem non esse, & aliud, fraudem non esse deprehensam.

## IV.

Fulgofus. li. 3.  
cap. 2.  
AEn Sylu.  
lib. 2. Com.  
in Panorm.

Tom. 3. de  
iudicij, quæ  
Deus in hoc  
mundo exer-  
cit cap. 31.  
§. 6.

## V.

Lucian. in  
Philopatr.  
D. Greg. Na-  
zianzen. ad  
Helenium  
de Monachis.

Illud constat, multos, simulatione sanctitatis, compertos esse, qui à cibo omni viderentur abstinere. Eugenio IV. Pontifice, ut testatur Aeneas Sylvius, Gallus quidam nomine Iacobus, in aula Romana amanuensis: graui valerudine affectus, cum in patriam rediisset, Hierosolymitanam peregrinationem vovit. In de Romanum Nicolao V. Pont. reuersus, nec bibere, nec esse vim quam inuentus est, jureque jurando affirmauit, se iam biennum ita vixisse, neque subito, sed paulatim in hanc consuetudinem descendisse. Eum se familiariter nouisse Poggios scribit. Cum dies Romæ multos fuisse, & admirationem sui turbæ fecisset, quasi Sanctus, & Deo charus; postremò captus, virgisque caesus, in exilium est actus. Ita splendor in fumum desijt. Luculentum de Antonio Picente, simili hypocrita, alibi dedi. De huiusmodi inedia, quæ est sine fame, sed non sine fraude, hic non est agendi locus. Quamquam hæc ipsa cum summa malitia coniuncta, quo- uis malo peior est.

Neque de illa incredibili sanctorum virorum abstinentia disputare meas est, qui vel cum fame & dolore, vel cum prodigio diu se se ab orati cibo continuerunt. Virtutis ea res fuit, & grandis meriti, aut etiam miraculi. Et sanè pænè fidem superant, quæ de longis multorum dierum, hebdomadum, mensium, immò annorum jejunijs Climachus, Rosweydis, aliquique memorant eorū, qui eremiticas vitam, inter feras & antra agitauerūt. Enimuerūt Lucianus, osor Christianorum, testatur, Christianos sic solitos esse seruare jejinium, ut decem soles sine cibo transigerent. D. Greg. Nazianzenus, de habitantibus Ponticam solitudinem monachis sui temporis scribit, ex illis complures fuisse, qui totos vi- ginti dies, totidemque noctes à cibo abstinenter, dimidia ex parte Christi jejinium imitantes, ex eisque vnum sui gregis ouem fuisse